

beider leibe vnnnd lebetagen hat mogen vorkauffenn noch besagunge der briue vnder enander doruber gegeben; doruff haben auch ire gnaden yn das gnante hus vnnnd hoff gelihenn. Actum Dresdenn anno 1c. ut supra.

Nach Cop. 59 fol. 539 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 361. 1473. 18. Febr.

Bischof Dietrich von Meissen genehmigt die Verwendung gewisser von der Fronleichnambruderschaft der h. Kreuzcapelle erkaufte Jahrzinse zu Anstellung einer feierlichen Procession mit des Herrn Leichnam in der genannten Capelle am Donnerstag einer jeden Woche und ertheilt den andächtigen Theilnehmern an derselben Abläss.

Theodericus dei gratia 1c episcopus Misnensis. Immensa divinae largitatis beneficentia etc. Sane cum honorabilis vir magister Johannes Wulkenstein sacrae theologiae baccalaureus altarista in Dresden ac providus vir Johannes Keckstein civis ibidem procurator et provisor fraternitatis salutiferi Corporis Christi capellae sanctae Crucis dicti opidi Dresden ceterique fratres et sorores dictae fraternitatis nobis sinceriter dilecti sacramentum tam magnificum venerari cupientes in animarum suarum salutem necnon pro singulari veneratione ac passionis memoria vivifici corporis domini nostri eiusque sanguinis preciosi certos annuos census videlicet unam sexagenam grossorum iusto reemptionis titulo super quodam agro dicti Frundichin sitam vulgariter oben dem Hellegrunde in medio agrorum dicti Budatzsch laici in villa Plauwen dicta¹⁾ et honestae dominae dictae die Kunatin opidanae in Dresden et unum florenum Renensem super quadam vinea dicti¹⁾ Michel Cluge opidani Dresdensis sita²⁾ prope villa Luschkewitz, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, ea qua decuit cum reverentia nobis humiliter supplicarunt, quatinus huiusmodi census benigne suscipere et certae processioni unacum venerabili sacramento dominici corporis singulis quintis feriis ante inceptionem missae eiusdem fraternitatis Corporis Christi in dicta capella sanctae Crucis, quae ab antiquo ibidem consuevit sollempniter decantari, fiendae unire et appropriare dignaremur. Nos igitur — huiusmodi iustis petitionibus inclinati — praedictae processions dotationem et ordinationem ratas et gratas habentes omnia praemissa confirmamus ratificamus, censum praenominatum pro sallario rectorum de scola Dresdensi ad huiusmodi processionem specialiter deputatum³⁾, videlicet rectori scolarium eiusdem x gr. per anni circulum, collaboratoribus eiusdem xx gr. et sex scolaribus communicantibus xxxii gr. et presbytero missam officianti x gr. et suis duobus ministrantibus x gr. per decursum anni, dictae processioni donamus unum appropriamus etc. Volumus autem, si dicti census in toto vel in parte reemi contigerit, tunc procurator sive provisor cum fratribus dictae fraternitatis Corporis Christi absque aliqua alienatione seu distractione capitalis summae alios census in locum praedictorum comparare debebunt. Etiam si de novo quidam census ad huiusmodi processionem iusta emptione interveniente comparentur, volumus et decernimus extunc eosdem census sic comparatos gaudere ecclesiasticis privilegiis et censura ad instar praemissorum.

1) Cop. dictum. 2) Cop. situm. 3) Cop. deputatum.